



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

143. An dispensatio prima vice, qua illa utimur, extinguatur? Ex p. 5. tr.
14. & Misc. 2. res. 30.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

3. Quod si heres, vel legataria instituta sit, at institutionis infia, eo quod sit in partibus remissifis, misit Romanum pro obtainenda dispensatione, allegando paupertatem, & concessa sibi ea dispensatione iustum matrimonium, at post initum peruenit ad eius nouitiam institutio, potest acceptare, nec defraudabitur suo valore matrimonium; quia vera paupertas allegata est Pontifici, cum nonnullum haec acceptasset, & infia fuerit huius iuris ad rem: & hanc pie credendum est, esse Pontifici mentem, ne dispensationes & matrimonia pericolo exponantur: & censatio causae postquam effectus illius consummatus est, nil obest; ut suo loco dicemus Hucusque Sanchez.

4. Sed aduersus illum infurgit Ochagavia de Sacramentis tractat. 4. de Matrimon. dispensat. quest. 6. numer. 12. sic afferens. Nullo tamen modo mereatur dispensationem, quicquid contradicat Sanchez, feminam illam, quia repudiat hereditatem ad se delatam, antequam eam acceptet ad hunc tantum finem obtinendi dispensationem a Pontifice, quia his fraudibus aperitur via ad sapientiam contrahendum matrimonium cum consanguinitate, quod vitare contendit Ecclesia. Unde cum ista paupertate dispensatio a Pontifice obtenta inutila esset, & subreptitia, nisi modus paupertatis explicaretur Pontifici. Ita ille.

5. Verum nouissime sententiam Sanchez amplexus est Pater Auerla de sacramenti. Matrimon. quest. 19. fact. 4. vbi loquens de causis sufficientibus ad dispensandum, sic afferit. Tertia causa est inopia personae, praeferens defectus dotis competentis in feminam, quando inter coniugatos paratus est aliquis eam dotare, vel absque dote competenter accipere. Et censor feminam pauper, ac dote deficiens, quando non habet tantam, quamta requiritur, & confusa est, ut nubat parvus. Etiamsi habeat parentes diuitias, quos tamen cogere non possit ad competenter dantam, vel qui non possint se in vita sua tanta bonorum parte priuare, quanto requiritur ad competentem dotem filiis tribuendam. Item etiamsi habeat fratres, aut alios propinquos diuitias, a quibus sperat agendam sibi dotem: quia non per hanc spem definit in statu praesenti esse pauper. Rursus etiamsi haberat ante magnam facultatem, sed ei ceteris: dummodo tamen hoc non fecerit in fraudem ad finem obtinendi titulo paupertatis dispensationem impedimenti. Si inquam haberat; quia si nonnullum habuisset, sed fuisse solum instituta haeres, aut legataria, & noluit acceptare, & acquirere talem facultatem animo sibi prouidendi per imperationem dispensationis; id non obstat, quoniam haec habeat iustum causam impetrandi ob paupertatem, ut concedit Sanchez. Haec Averla.

6. Nota hic cum Ochagavia obi supra, validam esse dispensationem, si feminam, que dote sufficiente caret, ut nubat extraneo, ad obtainendam dispensationem a Pontifice, ut nubat consanguineo, allegat se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat consanguineo, quoniam haec alias innupta remansura esset propter multitudinem filiorum, propter deformitatem, vel alias causas: quia Pontifex eo tendit, ne ista maneat innupta, & illa quo plures defectus habet, eo maiore dote indiget, & difficultus nubet cum periculo incontinentiae, quare tunc dispensatio utilis est ad hoc, ut possit contrahi matrimonium, & valida.

Sop. his causis
supra doctrinā
Res. 124. si
guanter S. 2

RESOL. CXLII.

An quis possit libere contrahere, si dubitet de impedimento ante matrimonium contractum? Et quid, si auem dubites, an impedimentum habeas, eo quod scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen, an obtineris veram dispensationem. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 95.

§. 1. **A**d hoc dubium affirmative responderet Caramuel in Theolog. moral. lib. 3. n. 1347. vbi sic ait. In dubio, an detur impedimentum ante matrimonium contractum, potes liberè contrahere sine dispensatione. Pater, quia standum est pro tua possessione libertatis: ita viuenter aliter Iohannes Sanchez in Selectis, disput. 43. numer. 44. quod est intelligendum de homine libero, & nulli certo impedimento obnoxio; tunc enim datur vera libertatis possessio. Si autem dubites, an impedimentum habeas, eo quod scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen an obtineris validam dispensationem, tunc etiam standum pro possessione est, & cum impedimentum in possessione sit, censendum impedimentum.

2. Emanueli Sa, virtum alias ingenio forti, claro, imò & audaci præditum, video, verb. dispensatio, n. 1. in re clarissima haerentem, & scrupulizantem, in tali casu desiderat recurreri ad Episcopum, ut declarat, quod non requiratur dispensatio: aut si & ipse dubitet, ut in dubio dispenset. Sed nescio an secura sit illa Episcopi declaratio, raro enim ipsi tam docti, ut præponi debeant Theologia Professibus. Felix iudicio Belgum, ab ipso enim creationis initio, Episcopibus doctissimos viros praefecit, sed ignorare Sa non poterat in multis Provinciis ad summas dignitates nobilis, aut forte diuitias promoueri, & in tali casu quid facturus esset cum Episcopi declaracione non scio. Illa quidem dispensatio in dubio concessa nocere non posset; hic non solum requiritur, quid possit, sed quid debet fieri; & dicimus dispensationem illam in dubio non debere peti, sed posse, multa enim inutilia possunt licet fieri. Ita Caramuel.

RESOL. CXLIII.

An dispensatio prima vice, qua illa vitimur, extinguitur? Ex part. 5. tr. 1. 4. & Misc. 1. Ref. 50.

§. 1. **V**t v. g. emisit quis votum castitatis, vel Religionis, & obtinet dispensationem contrahendi matrimonium, non obstante voto, queritur an iste semel tantum possit iniuste matrimonium ex vi dicta dispensationis, an sapienti Sanchez. de matrimon. 3. lib. 8. disp. 41. docet dispensationem non extinguiri prima vice si absolute concedatur, sed ex illius sapienti posse celebrari matrimonium, quia in eo casu tollitur voto, quod impediens matrimonium, tale ergo voto nunquam obstat, etiam si sapienti votum velit contrahere matrimonium, & ideo afferit Sanchez dispensationem concessam in voto, non secundum se totum, sed secundum partem; ut ad celebrandum matrimonium, si causa semper permaneat, propter quam dispensatio concessa est, semper ac sapienti prodest, ut matrimonium licet celebretur. Imò eandem doctissima defendit in eo casu, quo dispensatio tantum sit concessa ad contrahendum matrimonium cum certa quadam persona, scil. cum in eius favorem concessa est talis dispensatio, posse contrahere cuilibet feminam, dum tamen causa dispensationis vim habet respectu cuiuslibet feminam, scil. periculum incontinentiae, quod quis proposuit Pontifici, ut cum eo dispensaret,

De Dispensationibus. Resol CXLIV. 267

penates, ad hoc ut post votum castitatis emissum possit contrahere cum certa quadam feminina. Ita Sanchez.

2. Sed quod omnia supradicta illum impugnat Petrus Ochagavia de Sacra iur. 4. de matr. q. 13. n. 8. & q. vbi firmat quod cum dispensatio non explicat, an ad plura matrimonia, vel ad vincum tantum se extenda, sive sit absoluta, sine limitatione concessa, atque in toto aliquo voti impedientis matrimonium, siue sit partialis, ut cum in ea conceditur facultas tantum ad matrimonium celebrandum, non obstante voto; si ramen dispensatio praeedita voti postuletur a Pontifice cum expressione finis intenti incendi matrimonii, solum censetur prodebet ad hoc, ut unum tantum matrimonium licet possit celebrari. Ita Ochagavia. Et ante illum Henriquez lib. 1. 2. 6. 5. n. 7. in gloria ita. Sed sententiam Sanchez sequitur, quod unum est, eius acutissimus impugnator Bafilus Ponitus de mar. lib. 8. cap. 20. §. vnic. n. 13. Vnde ego puto viratim opinionem esse probabilem. Sed circa presentem questionem, quando esset dispensatio per primum vnum eiusdem dispensationis praeferre Pontificem & Ochagaviam ubi supra, vide Salas de legibus disp. 17. fol. 13. & disp. 20. fol. 19. cum Azorio tom. 1. lib. 5. cap. 23. quib. 5.

RESOL. CXLIV.

An commissum dispensandi in impedimentis matrimonii vel irregularitate, & aliis, que in foro externo, vel interno commituntur, cum clausula, Si preces veritate nitantur, expiret morte concedentis re integræ? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 98.

1. Practicabilis, & curiosa quæstio, & ad illam affirmative respondent Nauaratus lib. 1. consil. in prima edit. tit. de tempor. ordin. consil. 38. in fine, & in 2. tit. de fil. presbyt. consil. 3. & in summa n. 29. n. 253. ref. Neo. Vgolin. de irregul. lib. 4. cap. 6. n. 6. Gigas de pes. quib. 91. num. 5. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 14. num. 5. Manc. Anton. Genfensi in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 94. in 2. edit. Eandem opinionem videtur etiam tenere Gutierrez qib. Canon. lib. 1. cap. 15. n. 34. vbi ait, gratiam concessam per verbum suum, non expirare morte concedentis, fecus, quando mandatur aliquid facendum. Et in terminis decreti, si in eiusdem, vt non possit expediri a commissario, mortuo & Pontifice, re integra, tenent Lodou. à Peguere de qib. 18. Fontanell. de paci. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. pars. num. 41. Riccius collect. 394. & tom. 1. prax. ref. 94. Bonac. de legibus, quib. 3. punct. 1. num. 14. & p. 2. n. 19. prope finem.

2. Probatur hæc opinio ex capit. si cui, de prebend. in 6. vbi potest collata alicui ad conferendum beneficium non determinatis personis, censetur non expirare gratia facta. Expirare autem potest si confendi beneficium determinata personæ, quando non in favorem conferentis concessa potest, sed in favorem recipientis. Vbi glossa rationem reddit, quia tunc gratia non est perfectè facta, sed facienda. Quia tunc non sit propriæ gratia illi, qui taliter actum effecturus est, sed illi, in cuius commodum actus est efficiendus: nam ratione ordinatur ad illum actum, & ideo dum ille non est factus, non censetur gratia facta, sed facienda, & consequenter commissio potestatis ad illum actum faciendum non est firmata; re integra: vt in exemplo dicitur capit. si cui, si Papa committat Episcopo, vt det beneficium quod vacuerat, Petro, gratia censetur concessa Petro, & antequam bene-

ficium conferatur, censetur facienda non facta, & ideo expirat in eo statu existens per mortem concedentis.

3. Sed ego contraria sententia adhæro. Dico igitur supradictas commissiones non expirare morte concedentis, & ita docet Maiolus lib. 5. de irregul. cap. 51. num. 6. Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 4. fol. 2. in fine, & lib. 8. de legibus, cap. 17. num. 6. & 9. & lib. 8. cap. 31. num. 3. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 21. n. 7. & lib. 12. de Matrim. cap. 1. num. 8. & cap. 3. num. viii. vbi in competito littera V. referunt aliquos Doctores Salmantinos pro hac sententia, Emanuel Sa. verb. Gratia, num. 3. Petrus de Ledesma in summa Sacram. vbi de matrim. cap. 27. versicul. secunda conclus. in fine illius. Rodriguez qib. regul. tom. 2. quæstione 46. art. 7. & part. 1. summa. cap. 136. num. 3. conclus. 3. Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 28. num. 8. Gutierrez de matrim. cap. 25. n. 21. Reginald. tom. 2. lib. 3. cap. 27. num. 210. Garcias tom. 1. de benef. part. 5. cap. 2. num. 31. & alij.

4. Notanda rāmeli sunt duo. Primum est, quod committitur alicui potestas dispensandi cum determinatis personis, & nescitur, an ea potestas sit in favorem dispensaturi concessa, an in favorem personarum, cum quibus dispensandum est, sed est dubium: censenda est, si uis datam in favorem personarum, cum quibus dispensatur, ac proinde eam non esse gratiam factam, sed faciendam, & consequenter expirare morte concedentis, re integra. Vnde allegant, si factam in favorem dispensaturi, incumbit onus probandi. Sic Ioan. Andr. cap. in causis, num. 38. de elecl. & cap. si cui nulla, de prabend. in 6. & ibi Domin. num. 6. Franciscus num. 1. Sanchez dict. cap. 28. num. 90. & alij.

5. Secundum est dispensationes, seu commissiones sup hoc ibi dispensandi, que à Legato Apostolico, vel à Summo Papæ Pœnitentiario, expedientur, non expirare morte Pontificis, re integra, quamvis dicamus, eas esse gratias faciendas; quia neutrū officium expirat morte Pontificis, re integra: vt de officio Legati deciditur expresse, cap. legatos, de offic. legati. in 6. & idem deciditur de officio Pœnitentiarij in Clement. 2. §. Eo tamen prouiso, de elecl. Ita Sanchez ubi supra, num. 92. Gutierrez de matrim. cap. 25. num. 23. Reginald. de cap. 27. num. 210. & alij.

6. Probatur vero nostra conclusio; quia quando in litteris gratia in favorem alicuius concessis, minister executurus est voluntarius, sed quod ei non praecipitur, vt exequatur, sed tantum facultas exequendi conceditur, non fauore ipsius, sed eius, cui gratia est concedenda, tunc non est gratia facta, sed facienda, & per consequens expirare morte concedentis, re integra. At vero quando est executor necessarius, vt quia praecipitur ei, vt exequatur, si preces veritate nitantur, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis, re integra. Ratio differentia est; quia in priori casu, nemini est ius qualitatem per illas litteras, non enim queritur de legato, executorio, sed quod in eius favorem concessa sunt, cui gratia facienda est; quia non solum voluntati delegatio, celiq; uitetur, vel ne dispensare, an non; ac proinde ea gratia est omnino facienda, cum in eam nulli sit acquisitionis ius. At in posteriori est iam ius acquisitionis ad rem illi, in cuius favorem gratia concessa est, & per consequens dicitur facta respectu illius, ac sola eius executio desideratur, quæ per Commissarium necessariò facienda est, ac proinde habet hic locum textus, in cap. si super gratia, de offic. delegat. in 6. Quod etiam clarè colligitur ex capit. si cui nulla, de prebend. in 6. ibi, securus si super prouisione certæ persona facienda, data sit potestas eidem, &c. Vbi tex-